

40  
*Auspice* DEO!

**T H E S E S**  
**M I S C E L L A N E Æ ,**

Quas,

*Suffr. Ampl. Fac. Philos. in Reg. Acad. Aboënsi,*

Sub PRÆSIDIO

**H E N R I C I H A S S E L ,**

Eloq. Profess. Reg. & Ordin.

nec non h. r. RECT. MAGNIF.

PRO GRADU

*Publice examinandas modeste sistit*

**A N D R E A S H Æ L L ,**

OSTROBOTNIENSIS

Die XIX. Junii Anni MDCCXLV.

Horis Locoque Solitis.

---

ABOÆ, Excud JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typogr.


A L' AUTEUR.

Comme la vertu sans ford est toujours la compagne inséparable a' une vraie félicité, c' est avec raison qu' on lui rend les bonneurs, qui lui sont si justement dûs. Le nombre de ceux, qui la louent, ne fait pas à sa gloire, mais bien leur discernement & leurs belles qualités, car cette même vertu est trop pure pour recevoir des louanges d' une bouche profane, qui encense également le vice & le mérite. Celui là seul est capable d' en juger, qui en connoit le fort & le foible, & qui malgré les ondes écumantes, qu' excitent les bourrasques de la fortune a d' assez bons yeux pour en apercevoir la splendeur. L' homme aiant deux propriétés particulieres, l' esprit et la volonté, il y a aussi deux sortes de vertus; l' une fait paroître le génie & enseigne à discerner le bien du mal, l' ombre du corps: l' autre porte la volonté à ce même bien. Plus on possède ces deux sortes de qualités, & plus on est digne des louanges, que les foibles mortels peuvent s' aquérir ici-bas. Chaque personne équitable peut juger, Monsieur; jusqu' à quel point l' Etre suprême Vous a dispensé ses dons. La Fortune Vous a tourné le dos, mais Votre assiduité, Votre travail infatigable & la bénédiction divine a sçu vaincre ces obstacles. Vous allez, dans peu, recevoir le fruit de Vos études; & pour ne pas être au nombre des ingrats, Recevez, Monsieur, s' il Vous plait, ces foibles, mais tendres marques de la vive reconnoissance, que je conserverai toujours de Vos bienfaits. Je suis,

MONSIEUR

Votre très humble & très oblige serviteur,

S. M. EHRENMALM



THES. I.

**Q**VI DEUM, fontem veritatis, ut sibi, suoque in studiis literarum benedicat labori, devote implorare intermittit, & dum sibi quid veri perspicere licet, eidem gratias ex intimo non agit corde, *studiosus* nomine *Christiani* non est dignus, sed potius ethnicis postponendus, saltem moratoribus, qui inter alia huc pertinentia, inculcabant illud: *A Jove incipit & in eo desinit.*

THES. II.

**S**INE vera in Deum pietate nemo jure nomen tueri potest *studiosus*; profana enim mens semper fere in turbulento constituta est statu, quare non potest non impediri, quominus verum recte perspiciat. Timor autem Dei serenum reddit animum, ut tranquille in veritatis negotio pergere possit ejus possessor. Veritas tum sine tumultu suos in anima ejus, adtentione rite adhibita, explicat radios, ut sol suos spargit absque fragore.

THES. III.

**N**OTATU digna est differentia inter notiones veritatum practicarum, quas possident illarum indolem experti, & quas aliquis ante praxin sibi adquirere potest, quod sit eadem fere ac inter dulce & amarum; his

namque sunt moleste & onerosa, illis vero jucunda & sub externa tristiori etiam forma lætitiã pariunt.

*THES. IV.*

**M**ulti tyrannide convetudinis, avaritia, ambitione vanaque ducti voluptate, quamvis plurima, quæ ex eorum officio præstanda forent, intermittant, quæ omittenda, committant: dari tamen illos, utut paucos, quorum mentes in pulvere ad pedes Creatoris prostratæ, ejus implorant auxilium ad sapienter, prudenter & strenue faciendã, quæ illis incumbunt, non est quod dubitemus.

*THES. V.*

**N**emo magis læditur, quam a se ipso. Qui enim vitiorum se implicat laqueis, mala malis cumulat, seque miserum reddit.

*THESIS VI.*

**V**irtutis ea est vis atque præstantia, ut infensissimi etiam ejus osores, quorum oculos splendore suo perstringit, non possint non eam aliquo modo venerari.

*THES. VII.*

**D**ulce virtutis nutrimentum ex diligenti operum Divinorum profuit consideratione.

*THES. VIII.*

**V**eritas omnis ut a DEO est, ita hominem ad eum ducere potest, vel preparando, vel viam monstrando, vel impedimenta removendo vel motiva præbendo.

*THES. IX.*

**Q**uod Sacri Pandectæ methodo non sint scripti Philosophica, DEI sapientiæ tribuendum est ac bonitati;

tati; paucissimi enim tum ad veritatum in iis contentarum pervenire potuissent cognitionem, dedituti quippe plurimis ad illud requisitis.

*THES. X.*

**M**agos Ægyptiorum nulla fecisse miracula, vere sic dicta, ex recta textus Hebræi consideratione, & circumstantiarum accuratiore examine ad oculum patet; ne quid de eo dicam, quod vires finitas excedat miracula patrare.

*THES. XI.*

**I**lli, cui informationis demandata est cura, quique suo non vult desse officio, prudens ac debita cum circumspectione cum discipulis instituta conversatio certissima utique est via, qua mentis eorum indolet se ei præbeat conspiciendam; unde colligere possit, quid emendandum, quid monitis sublevandum sit.

*THES. XII.*

**Q**uod in publicum detrimentum multi in scholis ullo sine fructu tempus consumunt, id non solum ex neglecto ingeniorum delectu provenit, verum accedit altera ratio, quod iis formandis quidam præsent minus idonei, vel si fuerint suo muneri pares, in pulvere isto justo diutius desudare cogantur, quamvis hisce tandem laboribus eorum non sufficiant vires.

*THES. XIII.*

**Q**ui lingua vernacula scientias disci non posse dicunt, hi rationi & experientiæ adversantur.

*THES.*

THES. XIV.

**Q**uamvis quis, dum studiis operatur literarum, suos in illis ita instituit labores, ut vitæ sint adcommodati, tantum, ut eruditus, prædantissimi vitium fugere censendus est.

THES. XV.

**C**um pauci DEI, Sui & rerum extra se positarum vera gaudeant cognitione, *Sapiens modestia* raro se præbet conspicendam. Plutarchus, seu potius apud eum Galaxidorus, jam suo tempore sic loquitur: *Dii boni, quam difficile est hominem invenire sapientem & superstitionis.*

THES. XVI.

**I**n pluribus affectibus adest aliquid, quod delectat, imo in tristitia quandoque latet solatium, quod animum re amissa vel desiderata exulceratum demulcet; quare etiam difficilius inde se dimoveri patiuntur eadem affecti.

THES. XVII.

**C**um sensualitati homines plerumque jaceant immergi, iisque solum, quæ in præsentibus obveniunt, inhæreant, sua, si interdum minus læta fuerint, fata esse existimant durissima.

THES. XVIII.

**D**emocriti risum ob hominum de rebus plerumque parvi momenti nimiam vel hilaritatem vel tri-

gristitiam ac fletum *Heracliti* ob eorundem inde ortam  
miseriam, intra commiserationis non mansisse limites,  
& in quantum eos egressi sunt, commiserationem quoque  
mereri judicamus.

*THES. XIX.*

**Q**uo magis quis, quam multa status civilis secum  
adferat commoda, sibi habuerit perspectum, eo  
sapientissimam benignissimamque omnipotentis DEI im-  
pensis venerari potest curam, quam per salubre adeo  
institutum de genere humano gerit, eoque promptius  
& superioribus & æqualibus & inferioribus, quod singulis  
debetur, tribuere studet.

*THES. XX.*

**C**ur præter duas illas mentis humanæ facultates  
superiores, intellectum & voluntatem cum *Holl-  
manno* tertiam eidem tribuamus nempe libertatem, nul-  
la suppetit ratio, cum debito istarum usu hæc absolva-  
rur.

*THES. XXI.*

**Q**ui notitias connatas ante usum rationis in homi-  
ne existentes adstruunt, manifestam produnt contra-  
dictionem.

*THES. XXII.*

**O**mibus, etiam illis, qui sapientes jure nominari  
possunt, aliquid adhæret stultitiæ, quam, dum  
sapiunt, ipsi in se cernunt; cunctis ergo incumbit  
ut eam, utpote ab humano genere in hac vita inse-  
parabilem, patienti etiam animo in aliis, dum emen-  
dari nequit, tanto ferant lubentius, quanto certius

norunt eodem humanitatis officio ab aliis præstando,  
se haud raro indigere.

THES. XXIII.

**Q**ui vanas, temporis fallendi gratia sectantur delecta-  
tiones, frustra utique & misere in terra vivunt,  
non considerantes, quam sit pretiosum breve illud, quod  
homini datur, vitæ tempus, & quem in finem illi sit  
datum.

THES. XXIV.

**E**x vasta mundi magnitudine Creatoris omnipoten-  
tia maxime elucescit.

SOLI DEO GLORIA!

